

sibi prorogant. Reliquorū velocitas cito mitescentiū trāsolat. Nuper ī Batica malina appellari cōperūt malis insita, et alia amygdalina amygdalis. His intus in ligno nucleus amygdala est: nec aliud pomum ingeniosius geminatum est. In peregrinis arboribus dicta sunt Damascena, à Syriæ Damasco cognominata, iā pridem in Italia nascētia, grādiore quāquam ligno, & exiliore carne, nec vnquam in rugas siccata, quoniam soles sui desunt. Simul dici possunt populares eorum myxæ, quæ & ipse nunc cōperere Romæ nasci insitæ sorbis. In totum quidem persica peregrina etiam Asiæ Graciæq; esse, ex nomine ipso apparet, atq; ex Perside aduectæ. Sed pruna syluestria vbiq; nasci certum est. Quo magis miror, huius pomi mentionem à Catone non habitā, præsertim cum condenda demonstraret quædam & syluestria. Nam persicæ arbores sero, & cum difficultate transiere, vt quæ in Rhodō nihil ferant, quod primum ab Aegypto earū fuerat hospitium. Falsum est, venenata cum cruciatu in Persis gigni, & pœnarū causa à regibus trāslata in Aegyptū, & terra mitigata. Id enim de Persea diligentiores tradunt, quæ in totū alia est, myxis rubētibus similis, nec extra orientē nasci voluit. Eam quoq; eruditiores negauerūt ex Perside propter supplicia trāslatam, sed à Perseo Memphi satam. Et ob id Alexandrum illa coronari victores ibi instituisse, in honorem atavi sui. Semper autem folia habet & poma, subnascētibz alijs. Sed pruna quoque omnia post Catonē cōpisse manifestum est.

De diuersis generibus malorum, genera vigintinouem. CAP. XIII.

Malorū plura sunt genera. De citreis cū sua arbore diximus. Medica autē Græci vocant patriæ noīe. Aequē peregrina sunt zizipha, & tuberes, quæ & ipsa nō pridem venere in Italiam. Hæc ex Africa, illa ex Syria. Sex. Papinius, quē cōsulem vidimus, primus vtrāq; attulit, diuī Augusti nouissimis temporibus, in castrorū aggeribus sata, bacis similia q̄ malis, sed aggeribus præcipue decora, quoniam & in tecta iam sylua scandunt. Tuberum duo genera: Candidum, & à colore sericū dictum. Pene peregrina sunt in vno Italiæ agro Veronēsi nascētia, quæ lanata appellantur. Lanugo ea obducit, struthis quidem persicisq; plurima: his tamen peculiare nomen dedit, nulla alia commendatione insignibus. Reliqua cur pigeat nominatim indicare, cum conditoribus suis æternā propagauerint memoriam, tanquā ob egregium aliquod in vita factū? Nisi fallor apparebit ex eo ingenium inserendi: nihilq; tam paruum esse, quod non gloriam parere possit. Ergo habent originem à Matio, Gestioque & Manlio, item Claudio. Quibus cotoneo insito ab Appio è Claudia gente, Appiana sunt cognominata. Odor est his cotoneorum, magnitudo quæ Claudianis, color rubens. Ac ne quis id ambitu valuisse claritatis & familiæ putet, sunt & sceptiana ab inuētoe libertino, insignia

rotunditate. Cato adijcit quiriana, & quæ tradit in dolijs condi scantiana. Omnium autem nuperrime adoptata sunt parua, gratissimi saporis, quæ petisia nominantur. Patrias nobilitauere camerina & gracula. Cetera è causis traxere nomen: germanitatis coherentia & gemella, nunquam singula in fœtu, coloris serica, cognationis melapia. Mustea à celeritate mitescendi: quæ nunc melimela dicuntur, à sapore melleo. Orbiculata à figura orbis in rotunditatem circumacti. Hæc in Epiro primum prouenisse, argumento sunt Græci, qui epirotica vocant. Mammariū effigie orthomastica. A conditione castrati seminis, quæ spadonia appellat Belgæ. Melofolij foliū vnum, aliquando & geminum erumpit è latere medio. Celerissime in rugas marcescunt pannucea. Stolidæ tument pulmonea. Sunt quibus sanguineus est color, origine ex mori insitu tracta. Cunctis vero quæ fuerunt à sole, partes rubent. Sunt & parua gratia saporis, atque etiam acutiora odore, syluestria. Id peculiare improbitatis & acerbitatis conuitium, & vis tanta, vt aciem gladij præstringat. Dacis ferme vilissimis nomen, quanquam primis aduentu decerpique properantibus.

De piris & infitorum varietate. CAP. XV.

Edem causā piris taxatur superbiæ cognomine. Parua hæc, sed ocyssima. Cunctis autē crustumina gratissima. Proxima ijs falerna à potu, quoniā tanta vis succi abundat. Lattea hæc vocantur, in ijsq; alia colore nigro donant Syriæ. Reliquorū noīa aliter in alijs atq; alijs locis appellantur. Sed cōfessis vrbis vocabulis autores suos nobilitauere decimiana, et ex eo tractū, quod pseudodecimianū vocat. Dolobelliana longissimi pediculi. Pomponiana cognomine māmofa, liceriana, seueriana: & quæ ex ijs nata sunt tyrāniana, lōgitudine pediculi distātia. Fauonia rubra, paulo superbis maiora. Lateriana, Anitiana post autūnalīa acidulo sapore incunda. Tiberiana appellantur, quæ maxime Tiberio principi placere. colorantur magis sole, grādescuntq; alioquin eadem essent quæ liceriana. Patriæ nomina habent, serissima omnium amerina, picentina, numantina, alexandrina, numidiana, græca, et in ijs tarentina: signina, quæ alij à colore testacea appellat, sicut onychina, purpurea. Ab odore myrapiæ, laurea, nardina. A tempore hordearia, collo ampullacea, & coriolana. Brute gētilitatis cucurbitana, acidula succi. Incerta nominū causa est barbaricis venerisq; quæ colorata dicunt: regijsq; quæ minimo pediculo sessilia, patricijs, voconijs, viridibus oblongisq;. Præterea dixit uolema Virgilius à Catone sumpta, qui & semētina, & mustea nominat. Pars hæc vitæ iā pridem peruenit ad culmen, expertis cuncta hominibus. Quippe cum Virgilius instam nucibus arbutū, malis platanum, cerasis vlmū dicat. Nec quicquam amplius excogitari potest. Nullū certe pomum nouum diu iam inuenitur. Neque omnia insita misceri fas est, sicut nec spinas inferi, quando q̄ iij fulgu